

KAROLVS DIVINA FAVENTE CLEMENTIA,  
electus Ro. Imperator, semper Augustus, rex Ger-  
maniae & Hispa. &c. Clementi, VII. papę. S. D.



Beatusissime pater, dñe reuerendissime: Eramus profecto  
in magna mentis nostrę anxietate, cõmunem totius po-  
puli christiani calamitatē nobiscū tacite deplorabamus,  
ob ea q̄ a sanctitate uestra cõtra nos, statumq; nostrę, &  
sacri Rom. Imperij dignitatem moliri audiebamus. Ve-  
rum hanc nostram anxietatem mixe in modum auixerunt uestre San-  
ctitatis literę, quas uigesimo die, elapsi mēsis Augusti, eiusdē sancti-  
tatis nuncijs XXIII. Iunij expeditas, legēdas nobis tradidit. Quum  
nihil de his perspicere liceat, q̄ iusticię suę (ut inquit) laudem, nostrę  
uero ac nostrę causę acerrimam damnationē: A rma, bella, minas,  
cædes, pecunię, auaritię, & ambitionis studium: regnandi, dominan-  
diq; cupidinē nobis impingi. Quę profecto nec uerę pastorē decent,  
nec nostrę in apostolicam sedem, uestraq; sanctitatem, ac illius digni-  
tatem, deuotioni, pietati, ac filiali obseruantię conuenire uidentur.  
Quinimo ab eo affectu & studio (quo Christianam republ. ab ipsis  
inēūtis principatus nostri annis semper cõplexi fuimus, quo illius pa-  
cem, getem ac incrementum omni conatu cõcupiuimus, ac pro uiri-  
bus curauimus) prorsus aliena censeantur: ac nos talibus afficiant spi-  
culis, quod in honori proprio tacendo detrahere. Immaculatamq; fa-  
mam nostrā, tacita obiectorū approbatione, lædere uolumus. Cogi-  
mur emissa in nos iacula refellere, nostrāq; innocētiam purgare, ac ab  
his calumnijs immunem oñdere. Nos em̄ pater beatissime nobis ipsi  
conscię nostręq; etiam conscientię arcanis perlustratis, nullam obie-  
ctorum culpam fateri, nullamq; horę nobis calumniā ascribere possu-  
mus. Testamur enim deū, nos nihil antiquius unquam habuisse, quā  
V. Sanctitatem post illius ad sacri apostolatus apicem felicem assump-  
tionem, uelut Christi in terris uicarium & innata nobis filiali obser-  
uantia colere, & uenerari. Quę etiam, dū in minoribus ageret, singu-  
lari amicitia, & beneuolētia cõtino cõplexi sumus, prout & Leonis  
& Adriani temporibus Sanctitas V. satis experta fuit, uniuerso que  
orbi notum extitit: nullo modo existimantes gradus ac dignitatis au-  
gmentis (post deum, nostrę etiam assistentię quęsitis) id posse effice-  
re, ut quicquam ab eadem sanctitate procederet, quod a pristinis suis  
B

moribus atq; institutis alienū uideretur, & si multa in nos moliri audi  
uerimus: ut dignati æstimationi ac autoritati nostræ detraheretur: ut  
felicitas, potestas, & magnitudo regnorum ac principatū nobis a deo  
Opt. Maxi. collatorum minueretur, & si fas esset penitus supprimere  
tur, Hæc tamen nunq̄ Sanctitati V. ascribenda censuimus. Nec eti-  
am contrarium affirmantibus fidē dedimus, nec ideo minus æquo a-  
nimo pacis uocē semper audiuius, uestramq; Sanct. ad illam propo-  
nendam & amplectendam, uelut rectum pastore monuimus, & inci-  
tauimus. Semp̄ eñ in quacunq; fortuna pacis ac quietis cupidi eē stu-  
duimus, ad quæ noster animus suapte natura inclinatur. Nec unq̄ in-  
ter Christianos (nisi prouocati coacti ue) bellū gessimus, neq; tentau-  
imus. Cum. n. classē in hostes dispositā haberemus. Menicæ insula  
ad deditiōem coacta: maiora pro fide catholica tentaturi, Galloꝝ ar-  
te, & copijs undiq; cincti. ad propria tuenda reducimur: Vestræq; eti-  
am S. opera & ministerio, cum Leone X. fcedus percussimus, ac pro  
apostolicæ sedis, sacriq; imperij iuribus, ac dignitatibus tuēdis, ipsius  
pastoris autoritate & impulsu, in Bisubria ad Liguria arma mouimus  
nostrūq; exercitum pontificio (cui tunc V. Sanctitas in minoribus a-  
gens, munereq; legationis fungens, prefectus erat) adiūximus: quam  
prouinciā profecto, non nisi recta & iusta intentione, pro ipsius Chri-  
stianæ reipubl. quiete, proq; Italiæ liberatione nō ex cupiditate, susce-  
pimus. Testis est nostrorū opeꝝ deus, uerus scrutator cordium, q̄ inti-  
ma perspiciens a longe cognoscit, & q̄ nostrā ob id iustā causam sem-  
per tutatus est: totq; insignibus uictorijs cōprobauit ac iustificauit: te-  
stis erit Sa. V. si præteritorū rationē ac memoriā habeat, ꝓaq; in lucē  
promere libeat. Testes sunt eiusdē S. V. ministri, sæpius ad pacis ac in-  
duciaꝝ mediā proponenda transmissi, q̄ aperte expti sunt, uos semper  
rebus etiā nostris secundissimis, quascunq; honestas pacis aut inducia-  
rū cōditiones suscipere paratos. Quibꝫ & honoris nostri & fcederato-  
rum iusta, æqua, ac securā rō haberetur. Testatur etiā hæc multiplicia  
mandata nostra, tū Adriani, tū S. uestræ tꝓibus per nos ad urbē missa  
uariæq; legationes ad id pro tꝓe dispositæ ac destinatæ, ut nihil a no-  
bis de his q̄ ad pacē attinent, ullo unq̄ tempore prætermissum arbitre-  
mur. Qui non minus æque ac honeste pacis studiosi ac zelatores fui-  
mus: Sumusq; qñquidem iniuriarum alacres ac prompti propulsato-  
res, ac etiam, ubi ratio suadet, clementissimi remissores, hilaresq; bono

rum pro malis, & conuictis retributores. Ait Vestra S. se cōsciam nihil pretermisisse, quod, uel ad boni, uel ad honesti pastoris officiū erga uniuersum gregem, uel ad fidelis amici animum in nos speciatim pertineret. Nolumus in hoc V. Sanctit. officium impugnare nec de illius conscientia & animo contēdere: sed operibus credere. Reliqua deo perscrutanda relinquere. Licet autem sic esset, ut ait, id potius diuinę benignitati, cuius gratuito munere id fit, quam humanis uiribus aut cuiuspiam industrię tribuendum foret. Esto quod multa nobis secus relata fuerint quę apertius respondendo detegentur. Quod autē V. Sanct. subiungit suorum honorum operam, suiq; erga nos amoris eum exitum consecutum esse, ut & repulsa totiens a beneuolētia & cōiunctiōe nostra, nullū indiciū ꝑ amoris apud nos inuenerit, siue eorum artibus & dolis, qui eandem Sanctitatē V. nunquam nobiscum cōiunctam esse uoluerunt, siue nostra mēte oppressione Italię & imminutione dignitatis Sanctitatis Ve. mediante. Miramur hęc quidem ab eiusdē Sanctitatis V. precordiis emanasse, adeoq; intēpestiue rei ueritate prorsus alienā pronunciationē factam. Non em̄ hi sumus, qui bonorū opeꝝ ingrati esse didicerimus, nec q; pro amore odium seu repulsam repēdere soleamus. Quinimo reciprocas uices potius reddere, ac etiā pro acceptis bñficiis maiora dū licet, impēdere: amorisq; & bñuolentię uicissitudinē abūde referre solemus. Nec quippe tantę imbecillitatis censendi sumus, ut cuiuspiā artibus seu dolis a ꝑa cōiunctiōe & amicitia diuelli ualeamus: ubi perfectus amicitię nodus intercesserit, qui contrario opeꝝ laqueo, non dissoluatur: minusq; nobis oppressio Italię, imminutioq; sedis apostolicę, sedis dignitatis ascribi potest: qui (teste deo) nihil horū tentauimus nec unq; cogitauimus. Verum omnem conatum, omneq; studium adhibuimus, ut Italiam liberam ac getam redderemus, ut apostolicam sedem in suo decore, uelut illius protector & defensor, stabilirem⁹ ac seruaremus: utq; pacata christiana Repub. cōia Christianorū arma in perfidos christiannę religionis hostes, cōi cōsilio ꝑterentur. Vbi igitur oppressionis actus nō intercessit, nil sinistri de nobis ꝑsumendū fuit. Cum in dubijs meliōrē præsumptionem sumendā omnia iura testentur. Quę etiam neminē ex præsumptionib⁹ damnant, nisi euidentissimo accedant ꝑbationes, aut talis esset præsumptio, aduersus quā iura probationē nō admitterent. Quod profecto hoc in casu omnino alienū patebit, cū nō

solum nulla nobis talis obstat præsumptio Iuris uel facti, ueque omnis  
sinistræ suspicionis labes, a recta nostra intentione, nostrisque operibus  
omnino abesse uideatur. Nec quippe hanc nostram sinceram mentem,  
nostramque æstimationem lædere potuit Mediolanensium status, per nostri  
exercitus duces captus, & ut aiunt, occupatus. Hanc enim technam  
(omnium recte sentientium iudicio) repellendam curabimus, dum suo loco  
de ea re V. Sanctitatis obiectis particularius respondebimus: omnem  
rei gestæ seriem non palliatam, non obumbratam, sed mera ueritate sufful-  
tam, aperte ac palam differentes, ab omnibus recti iudicii capacibus ui-  
dendam inspiciendam, ac recto intellectum oculo iudicandam. Si igitur  
ex his sanctitas V. se compulsum, ut ait, præterdat, ad ea consilia a qui-  
bus & natura & uoluntate semper abhorruisse se asserit. Idque serius actum di-  
cat quam plurimarum rerum indignitas, aut honoris sui, & publici Italiae bo-  
ni ratio postulabat, arma. scilicet capere, quæ & iustitiæ, & Italiae libertati,  
& sibi ipsi prout esse præsidio, uideat queso S. V. quibus fundamentis  
mouetur: consideret an hæc pastorali congruant officio: an hic sit gla-  
dius per V. Sanctum euaginandus exercendusque, quem Christus in uagi-  
nam potius recedendum censuit, & quod etiam in hostes fidei ab ipso chri-  
stiani gregis pastore regulariter exerceri prohibetur. Animaduertat  
V. S. an ex his honoris sui aut publicæ Italiae boni ratio habeatur: an  
hæc iustitiæ conueniat: an Italiae libertati seu quieti consulatur: an po-  
tius ex opposito sugilletur summi pastoris honor & autoritas, iniuste  
agatur cum ipso apostolicæ sedis protectore ac defensore, turbetur chri-  
stiana Respubl. uniuersæque ecclesiæ status: Incendatur ignis qui tam fa-  
cile extinguere nequeat: ut tandem Christianorum uiribus debilitatis, ho-  
stes perfidi, uelut lupi rapaces pededentim christianum abigant gregem,  
Nouique errores indies pullulent, ac demum hæreticorum dogmata magis  
atque magis inualescant, christianæque religioni irreparabile afferant de-  
trimentum. At protestatur S. V. in ipso exordio id non offendendi cu-  
iuspiam causa, sed tuendi ac conseruandi honoris officique sui. Sancta  
quippe hæc protestatio, si per contrarium non tolleretur ac inefficax red-  
deretur, si in ipsis defensionis terminis staretur, nec ad ea que offensionem  
sapiunt transitus fieret. Qualiter enim defendendi causa parantur arma  
ubi nullus est offensor, quod V. Sanctum illiusque honorem aut dignitatem le-  
dat: quam potius, si offensa apparuisset, omni conatu totisque uiribus  
tueri ac protegere studuissimus: nil antiquius in animo habentes quam ea

in apostolicam sedē officia exhibere, quæ ad officium Christianissimi  
imperatoris pertinent, quæ ue imperiali cōgruunt dignitati. At si (ut  
ipsa S. V. protestat) defendēdi duntaxat erat animus, cur priusq̄, pre  
statio illa in lucē pdiret ad manusq; nostras scripta uestra pueniret, tē  
ta est offensio in statu Mediolani, sacri imperij feudo? Laudensī ciui  
tate occupata & a nostrorū (nil tale cogitantū) manibus erepta? Cur  
V. S. ac scēderatorū copijs & uiribus, nulla etiā præcedēte monitione  
seu diffidatione exercitus noster apud Mediolanū, non impune tñ, im  
peditur ac inuaditur? Hæc si defensionē an potius apertā offensionē  
sapiant lippis etiam pateret. Verū uestra S. hæc notā putans euadere,  
longam exorditur tragcediā narrās quæ suo cōgruunt proposito, his  
tacitis, quæ magis ad uerā rei seriē discernendā facere uidentur. Vnde  
altius repetendo tota facti series in lucē prodeat: liceatq; unicuiq; ani  
mi nostri synceritatē inspicere. Si ea quæ S. ue. nobis, rebusq; nostris,  
dum in Cardinalatu etiā officia præstitit, animaduertamus. Id quippe  
antecessisse dignoscitur, quod uita functo Maximilia. cæsare, auo no  
stro paterno felicis recordatiōis. Dum is uiuēs cū sacri imperij electo  
ribus fundamenta iecisset quibus eidē, in imperio successor effici pos  
semus cūq; cum Galloꝝ rege, qui filiam suā nobis spospōderat, scēde  
re arctissimo iuncti essemus, ut & nos filiū nuncuparet, nilq; ab eo, qd  
ab paterno amore alienū seu indignū uideretur, prodere putaremus,  
his taliter ad Imperij affecutionē allectus incitatusq; exitit: ut etiā cū  
taxatione personæ proposita inhabilitate ipsius Imperialis dignitatis  
capessendæ, conatus fuerit uarijs modis electores inducere, ut illū eli  
gerent, Imperatorēq; designarent (quod non ad ipsius Galloꝝ regis  
promotionem tentatum exitit, sed ut pereiusmodi Galli concurrenti  
tiam utroq; nostrum excluso, soluto scēdere tertius subintraret mino  
ri potentia pditus cui potius imperaretur q̄ imperare posset) nihil p̄ter  
mittēdo ut ab ipsiꝝ iperij adeptione penitꝝ excluderemur. Et cū hmōi  
couatꝝ irriti facti foret, uicissetq; sacri imperij electoꝝ ytus, q nec uī,  
nec metu, nec ullis artibꝝ dimoueri potuerūt, qn scō afflāte spū, ab oī  
præambula promissione prius liberati, unanimi omniū, cōsensu ac ne  
mine discrepante, eorū electionis uota uniformiter in nos contulerint  
nosq; Imperatorē solito more designauerint. Quā qdem electionem  
non tñ uoluimus prius acceptare, quā ipsius Leonis sum. pon. V. S.  
patruelis consensus & auctoritas accederet: cū ea dispensatione, ut cū

imperio nobis etiā Neapolitanum regnū retinere liceret, lege inuesti-  
tura nunc refragante. Hinc noua cogitatur media, ut ipsius Imperij  
sacri dignitas illudat & illius autoritas deprimat uiresq; nostrae minu-  
antur. Præter id tñ qd̄ tentatū extitit ex literis & nūcijs, uarijs practi-  
cis, ut nostra coronatio apud Aquiligranū differret impediretue, ac in  
de Vuornaciēsis cōuentus protelaret, seu potius inutilis inefficaxq;  
redderetur. Fuit etiā organo ac medio Alberti Pij Carpen. Comit̄s,  
non sine V. S. ministerio & opa (ut fertur) percussum fœdus inter Le-  
onē & Gallū: quo etiā de auferēdis a nobis utriusq; Siciliae regnis, de  
q; protectionibus potentatū ac ciuitatū Italiae inter se diuidēdis, Im-  
perioq; Italico penitus usurpando, seu uerius eneruando & subuertē-  
do agebatur: prout hæc ex nōnullis interceptis literis, quas originalit̄  
in manu nostra seruam⁹, ligde cōstare poterit. At quū Gallus rex hu-  
ius spe fœderis fretus, cupidus suae ditionis simbrias ampliādi, uiolato  
fœdere quod prius nobiscū inierat, per Robertū de Marcha, rebellē  
subditū nostræ, ad ipsius Galloꝝ regis stipendi cōductū, arma in domi-  
nia nostra Galliae Belgice mouisset: ipsiusq; Galliae regis duces & mi-  
lites, in Italia agentes, etiā ipsius apostolicae sedis dominia tūc posses-  
sa, urbē. s. Rhegiū, clanculū occupare conati fuissent: fatemur tūc san-  
ctitatis V. opa diuū ipsum Leonē, Galloꝝ amplitudinē magis quam  
nostrā potentia perhorrescentē, de ipsoꝝ q̄fide hesitantē, in partes no-  
stras adductū esse, nobiscūq; fœdus inisse q̄ suā Sanctitatē, in sua apo-  
stolica dignitate tueri, & Rom. ecclesiā añ occupatā per Gallos resti-  
tuere & redintegrare, nec nō illustre S. Franciscū Forciā in paternū so-  
lum & statū a rege Gallo detentū reducere cōuenimus. Quod q̄dem  
adeo alacri animo suscepimus: postergatis oblitiscq; anteriorib⁹ gestis,  
in status, honoris, ac dignitatis nostrae præiudiciū molitis, ut nū aliud  
putarem⁹ quā duo orbis luminaria, V. Sanctitatis opa adeo insepa-  
rabiliter coniuncta censeret, ut inde mutua horū correspondentia, or-  
bis uniuersus illustrari posset, ad ppetuāq; unionē reduci. Hoc itaque  
fœdere freti cū ipsius diui Leonis copijs nostris adiunctis, & ut antea  
retulimus sub V. Sanctitatis p̄fectura & legatione p nos actū execu-  
tūq; extitit, ut Parma, Placētia ecclesiae restituitis, Ipsiq; illustri Fran-  
cisco S. Fortie in paterno solio stabilito, Galli, etiā nō sine magna stra-  
ge ducū nostrorū, & tute illustriū uidelicet Prosperi Colūnæ Marchi-  
onisq; piscariae ac aliorū nostri exercitus ducū & militū ab Italia oīno

expulsi fuerint. Et hæc sunt q̄ Leonis tpe Vestra Sanctitas pro nobis  
egit, Quæ tñ non ita passim irremunerata fuere. Cum & ipsa Roma  
na ecclesia suū ex his auxerit patrimoniu, nō solū Parmæ & Placentiæ  
recuperatiōe, sed etiā nouicelus onere regno nostro Neapolitano in  
iūcto, Vestraq; S. (qd non improperti cā sit dictū) aureorū X. mi-  
liū pēsiōne annuā sup Metropoli Toletana, nostra qdem liberalitate  
obtinuit. Quid aut̄ Adriani tempore gestū fuerit, differam. Nouit  
S. V. quibus tunc fauoribus Adrianus in eius gratiā suscepisset Car-  
dinalē Volaterranū V. S. æmulū acerrimūq; aduersariū, q̄t illi artib;  
& medijs in V. S. caput moliretur, ac qualiter eandē V. S. a Florenti-  
næ reipub. administratione excludere conabatur. Nouit etiā, nos ita  
suarū rerū suarūq; familiæ ac ipsius reipub. Florētinae protectionem ac  
patrociniū suscepisse, Etiā cū statu sui ac suorū nepotū incremento, ut  
hic Adrianus ipse, nostro fauore, nostriq; intuitu, nō solū Vestram S.  
in gratiā tunc suscepit, uerū tanta gratiā profecutus fuerit, ut nihil  
in rebus statusq; q̄ alicuius momēti censerent, V. sanctitate inconsul-  
ta, tētare. Hincq; Volaterranus. S. V. aduersarius cū indignatus nō  
nulla cū Gallis (suis interceptis literis) moliri uideret. Adriani iussu ca-  
pitur in uinculaq; conijcit debitas pœnas daturus, ni Adriano morte  
p̄uento, autoritate sacri Cardinaliū collegij, pro noni pontificis electi  
one liberatus fuisset, & inde electione facta eorundē Cardinaliū intu-  
itu a V. Sanctitate ueniā obtinere meruisset: licet paulopost dies suos  
clauserit extremos. Nō diffitemur tñ, ipso Adriano uiuēte, postq̄ in  
illius gratiā, Sa. V. reducta extitit, illius operā nō modice frugi nobis  
fuisse, in allitiendo eundem Adrianum ad fœdus illud defensiuum, q̄  
medio Galli iterū in Italiam redeuntes Mediolanūq; obsidentes, fœ-  
deratorum præsidij denuo uicti repulsiq; fuere. Quod & si in uestræ  
Sanctitatis Pontificatu fuerit executū, Id tñ sub uexillis & copijs eius-  
dem Adriani, in uimq; p̄ambuli fœderis actū extitit. Quod V. S. op̄  
manuum suarū despiciens (nouus hō factus nouaq; dignitate assum-  
pta) æquaquā approbandū seu innouandum censuit: licet ipsius fœde-  
ris executionem, in qua cæteri fœderati tunc firmiter insiscebant, cō-  
currentibus etiā Venetorū copijs, uestra Sanctitas, prout rō suade-  
bat, nequaquā ipediendū cēsuerit: quū & si p̄sidia ecclesiæ eo tpe cessaf-  
sent nō ideo min⁹ nostrorū uictoria in manu eē uidebat, non tñ ob id  
S. uestræ auxilia atq; consilia tunc præstita paruipendenda censemus.

Verum & pro his & gratias tunc egimus & adhuc agimus. Simulq;  
nos V. Sanctitati debere, & obnoxios esse profiterimur: qui etiã uices  
nõ solum reciprocas, sed & multiplicatas & longe maiora p̃sidia, si ca  
sus se obtulisset V. Sanctitati ipsiq; apostolicæ sedi pro illius tutela &  
augmento, semp exhibere parati fuimus, ut filius patri corresponde  
ret: a q̃ etiam proposito quicquid in nos falso suggestu molitũ uidea  
tur, nequaquã animum nostrę alienauimus: nec alienaturi sumus, nisi  
maior nos urgeat necessitas in occupãdis nostris uiribus, ad rerũ no  
strarum tutelam ad defensionem, quã tamẽ ita moderatam sumpturi  
sumus: ut ab offensionis limitibus, q̃tum fas fuerit, abesse uideatur.  
Hoc em̃ moderatũ tẽperamẽtum nos Christo, cuius V. Sa. uices in  
terra gerit, debere profiterimur. Reprehẽdit ue. Sanctitas quod nõ fi  
deli consilio exercitus nostri duces in Galliã transierint, Inferens qđ  
ex eo intẽpestiuo (ut ait) transitu, successerit celerior & crassior in Ita  
liam Galloꝝ irruptio, rege maximi nominis exercitũ ducente: ac ur  
bis opulentissimæ Mediolani ab illis receptio. Nos beatissime p̃r nec  
excusamus illius trãsitũ cõsilium nec impugnamus. Id tamen nobis  
inconsultis actum nõ extitit, qđ id nulla iusta ratione negare potuimus  
Illustri cõsanguineo nostro Carolo duci Sorbonij, Anglicis etiã p̃ræ  
sidijs fretõ, pro sui status recuperatione, quo, eo qđ nostris se addixit  
obsequijs, priuatus extiterat. Durę. n. ac prorsus inhumanum uisum  
fuiſſet, si eo duce, uicesq; nostras in Italiã agente, obtenta de cõmuni  
hoste uictoria, eiectisq; inde Gallis, uictoria arma eidẽ denegassem<sup>us</sup>  
ob rerum suarũ nostri causa, ut p̃tendit, occupatarum consecutionẽ  
ubi potissime ex eo exercitus nostri in Galliã trãsitũ, Italia quietior ac  
liberior remanere uidebatur, a militũ quoq; grauaminibus & insolent  
ijs, quibus plerũq; uictores milites uti solẽt, magis exonerata & exẽ  
pta reddebatur. Sed cum aliter res tunc successerit quã putabatur, nõ  
quidẽ nostra, sed ducũ culpa, sed belli sorte ita suadẽte, ut uictoria qđ a  
deo est, non ita passim pro uoto hominũ ualeat obtineri. Valuit saltẽ  
ducũ prudẽtia, audacia ac magnanimitas in reducẽdo oportuno tpe,  
exercitum illæsum in Italiã, quo ipsorũ Galloꝝ regis impetus cõpesci  
posset, illiusq; conatibus obsisti. Quis profecto (ut a fide dignis nobis  
relatũ extitit) a uest. Sa. eiusq; ministris ad id fuit p̃suasus & incitatus  
(quod tñ pro certo nõ habemus, nec ita passim credendũ putauimus)  
eam prouinciã belli Italici tã acriter impetuosq; tẽtauit, ut fauẽte al-



tissimo iustæ nostræ causæ defensore uictus, cum maxima suorum cla-  
de nobis per uiceregē nostræ Neapolitanū captiuus sit redditus: & in-  
de a nobis sub conditionibus V. S. notis, liberatus. Excusat uestra S.  
quod cū duces nostrī de defensione illarū regionum spem totā posuif-  
sent, ac de earū insuper, q̄ nostræ erant propriæ periculo cōmouerent,  
eadēq; uest. S. in magno etiam suarū regū metu esset, eius conuentioni-  
bus occurrere coacta fuerit imminente periculo, quas ait nos optime  
nosse. Nos tñ earū conuentionū ueram noticiam habere possumus: q̄  
nobis sunt inscrip̄s transactæ, quasq; nunq̄ uidimus seu legimus: q̄ etiā  
ministris nunquā ostensæ fuere in ipsoꝝ Galloꝝ relatione stare uelle-  
mus, qui aliter rē gestam aiunt, quā S. uestra suis nunciauerit. Volu-  
mus nihilominus potius uestrę S. assertioni confidere. Recolimus. n.  
dum eadē Sanctitas nos de hmōi cōuentionibus (rebus adhuc sub An-  
cipiti Marte laborantibus) suis literis monuisset, asserens nil inde eidē  
Sanctitati quæsitū quā fidem & securitatē, id exigente, ut aiebat, ne-  
cessitate, eliciens inde futuræ pacis auspiciū. Cū ipsa S. de cōsuetō suo  
erga nos animo & uolūtate nihil omnino remisisse asseueraret, cœpi-  
mus tunc hæc in benigniorē partem V. Sanctitatis culpā nequaq; ar-  
guentes: nec de eiusdē, ut aiebat, erga nos animo & uoluntate diffidē-  
tes. Id em̄ potius quorundā suasionibus tribuendū censuimus, qui ui-  
res nostras sua detractōe deprimendo, hostiū potentiam extollendo  
V. Sanctitatis uaserit res nostras in summo discrimine consistere, ho-  
stiūq; ꝑo robur, in excelsō culmine florere. Sic pristinā V. Sanctitatis  
uoluntatē in quandam depictā necessitatē transformantes: licet re ꝑa  
nulla urgens necessitas subesse uideret. Nec tanta erat in ipsis nostris  
exercitus ducibus desperatio, aut trepidatio, prout Sanctitati V. infi-  
nuabant illius fœderis autores, q̄ Sanctitatē v. terrere studebāt, quod  
ex ipso rei exitu secuta uictoria clarius enituit. Ex qua potius quā qd̄  
ex eo fœdere pacis auspiciū sumendū uidebatur in quorundam mali-  
gnantium artes suis potius passionibus & cupiditatibus, quam saluti  
reipub. incendentes, sanctum id opus perturbassent. Cōmemorat V.  
S. quæ sibi fuerat cura, quæ cautio regū nostrarū, asserens tunc rebꝯ no-  
stris nihilominus nō minus q̄ proprijs cauisse, Galloꝝ trāsītū in regni  
nostri fines multis rebus remoratū fuisse: Merebatur quidē nostra in  
S. V. deuotio, ut sanctitas ipsa tali officio fungeret. Idque exposcebat  
reipub. salus, ne uberior ignis incēderetur, licet ex ipso affecto potius

potuerit Gallos ipsos tunc aliquodiu in itinere detentos, ut a sacri imperij ciuitatibus Lucensi & Senensi pecuniam ac tormenta ad bellū cōtra nos & regnum nostrū disponendum extorquerēt: ut quietū ipsius Senensis ciuitatis statum tunc turbarent: Tyrannos intromitterent, ac pro eorū uoto ciuitatis gubernium mutarēt: eam ciuitatē a sacri imperij deuotione omnino diuertere satagēt. Nouas interim copias in terris ac patrimonio Ro. ecclīe ex ipsius pecunijs ab imperialibus ciuitatibus extortis, congerēt: quibus ad regni nostri inuasionē inimiciores ac potentiores esse possent: nec tanta erat in his urbanitas ut ab eiusmodi inuasionē diutius remorari seu retrahi possent, ni deus Op. Max. uictoria apud Ticinū collata, eorūq; rege captiuo tūm terrorē incussisset: ut non amplius de inuasionē, sed potius de eorū salute, & fuga cogitare uisi fuerint. Sed ait V. S. quod si societate eorū sequi uoluisset, maxima eidē prēmia non solum non proponebantur, sed etiam parata essent. Atqui quæ ratio, quæ iusta causa, quis honestus color V. Sanctitatē, directam eius feudi dñm, mouere debuisset ad iuuandum inuasionē contra propriū feudatarium nil tale merentē, nec tale facinus cogitantē, absentēq; nec monitū, nec impetitū, nec de aliqua iusta causa subtrahendi feudū conuictū: tenebatur enim v. Sanctitas iure feudi tanq̄ directus illius dñs, potius nos in feudo tueri, q̄ in uasallibus aditum dare, aut se socium inuasionis præstare. Eodē enim ordine quo tenetur Vasallus pro feudo domino seruire, eodē ordine tenetur dominus uasallum in feudo tueri. Et ex quibus causis uasallus feudum amittit, ex eisdem causis dñs directā proprietate feudi, illiusq; directo dominio priuatur. Est enim ipsius feudi natura, ut ultro citroq; oblationem pariat. Facile quidam fuisset improuissum regnū ac ad defensionem non paratum, nil tale metuēs aggredi, & forsan in parte occupare. Sed an id fieri licuisset, an hæc pastorali officio conuenissent: cogitet S. v. Quæ enim præmia offerri poterant, quæ Christi uicarium ad tam immane facinus induxissent: Sanctius itaq; tunc consultū extitit uestre S. ut præmijs illis neglectis non attentaret, quod forsan pro uoto non successisset, nec tentatū cceptū ue consummari potuisset. Sicq; merito (ut inquit S. v.) plus apud eam ualuisset debuerūt amicitie nostræ merita, q̄ præmium ullum. Verū & si meliorem præsumptionem amplecti uelimus nilq; de intrinsecis Sanc. v. cordis iudicare præsumamus, quod uero Christi uicario non congrueret: non tamen

pro comperto habemus, quid cessante uictoria S. V. actura fuisset, q̄  
iam sub ancipiti Marte statim Mediolanum colore sequestri, ac depo  
siti a nostrorum ducum manu & protectiōe eripere: ac in sua potesta  
te, quamdiu de pace tractaretur reponere, & reducere conabat. Quæ  
etiam, ut ad id nos ac duces ipsos nostros cogeret, illosq; uires minue  
ret, ac necessitatem induceret, asserens antecessoris sc̄dus successorē  
non ligare. Curauit (ut aiunt) non solum Florentinorū aliorumq; po  
tentatum præsidia, qui ex Adriani sc̄dere ad contributionē defen  
sivam tenebantur subtrahi & denegari. Verū & si nostrorū Veneto  
rum præsidia, ad quæ particulari sc̄dere tenebantur, substulisse dici  
tur, his suadendo ne suas copias, ut tenebantur, nostris iungerent: ut  
sic nostri, omni sc̄deratorum auxilio destituti priusquam in campū  
prodirent, hostesq; adorirentur, coacti fuerint, non sine summo labo  
re, & nostris ac Serenissimi Archiducis fratris nostri impensis, nouas  
tum equitum tum peditum copias ex Germania adducere, & cū his  
exercitum nostrū augere quo bellū aggredi speratamq; uictoriā nan  
cisci possent. Subdit eadem Sanctitas. quod sequuta nostrorum uicto  
ria contra Gallos, cum omnis sibi sublata contentio uideretur, sine cu  
piditatis & partium suspitione, nobis etiam sc̄deris uinculo hæere  
posset: magnumq; in nobis Italiæ beneficium & Christianitatis totius  
positum arbitraretur: non solum sc̄dus firmauit sed quo nostri duces  
egentes pecuniæ exercitum alere ac sustinere possent: centū illis dede  
rit ducatorū millia, cōditione apposita ut si de sc̄dere aliqua nobis du  
bitatio oriret, illæ Sanctit. uest. pecuniæ restituerent. Fatemur q̄dem  
pater Beatissime uictoriam illam omnem sibi contentionē merito sus  
tulisse: sineq; cupiditatis (a qua semper fuimus alieni) partium suspici  
tione, cuius nulla suberat causa nobis hæere potuisse: omniq; ratio  
ne arbitrandū fuisse, ea in re totius Italiæ ac Christianitatis beneficiū  
impositū: ni zizanæ seminator, illius fructū suffocasset. Dissitemur ta  
men eam in sc̄dere conditionem appositam, q̄d si dubitatio oriretur,  
pecuniæ nostræ ducib; solutæ uest. Sanctit. restituerent. Quandoqui  
dem ipsius rei gestæ seriem longe aliter se habere constet, nec de tali  
conditione ulla in ipso sc̄dere mentio, facta appareat. Verum in quo  
dam articulo separato & a capitulis sc̄deris penitus excluso, enarre  
tur. Quod cum uestra Sanctitas ad satisfaciendum exercitui nostro,  
in Italia existenti, ciuitatesque & oppida Sanctæ ROMANæ eccle

siæ subiecta, ac oppressionibus, militū subleuanda, salutē & tranquillitatem Italiae custodiendā, summā pecuniæ inter v. S. nostrosq; oratores expressam, suo & excelssæ reipub. dñorum Florentinoꝝ nomie se solutusq; promississet, pie pro tunc ad sexaginta millium ducatoꝝ auri ascensurā. Oratores nostri eidē V. S. sub iuramento promiserunt qd casu, quo scdus cū ipsis nostris oratoribus pcussus, & cap. in ipso scde re contenta, non approbaremus nō ratificaremus, om̄is summa pecuniæ, quæ p uestram S. ac per dños Florētinos soluta fuisset, eidē S. & Florentinis integre restitueretur: cū ea adiectione, quod donec restitutio integre & plene facta foret, scdus interea, & om̄ia ipsius scederis capitula, ad unguē obseruaretur. Quū itaq; scdus ipsum, ac singula cap. in eo scedere cōprehensā, q̄primū ad nos delata fuere rata & grata habuerimus, nostræq; ratificationis literas, cū ipsorū capitulorū scederis insertione in forma debita expeditas uestre sanctitati exhibere fecerimus: quas & uidit & legit, & palpauit, & dando suas reciprocas retinere potuit. Iustificare ergo non pōt quin purificata fuerit per nos conditio illa, qua deficiente restitutio pecuniæ erat fienda. Quæ quidē conditio, & particularis conuētio prout illius uerba sonant, nequaq; nos urgebant, ad alia extrinsecus a scedere aut separatim gesta uel tractata. Quinimo potius, & si pecuniæ locus esset restitutiōi cuius tñ contrarium oñditur, seruandū tñ erat scdus. Interim a quo iuxta ipsius separati articuli seriem, sine pollicitoꝝ uiolatione recedi nō potuit, nec ad contraria scederalicite deuenire ualuit, Sicq; satis erronee (& salua pace sit dictū) p̄ter ueritatē refertur, quod idē scdus non plene a nobis acceptū, nec probatū fuerit, qui & plane & integre, ut p̄ fertur om̄ia in scedere cōtēta probauimus rataq; habuimus, nil penit̄ de contētis in eo, nec etiam syllabā aut literā mittentes. Quod si uestra S. huiusce nostræ ratificationis literas recipere, suasque reciprocas (ut par erat) tradere rennuit: ni simul traderetur ratificatio duob; articuloꝝ, de quibus extra ipsum scdus perscripta particularia, nobis tñ i-consultis separatim & ad partē tractatū fuerat. Ad quob; approbationem & ex ui scederis (ut præmittit̄) astringebamur. Nil est quod culpæ nostræ ascribi ualeat, si scdus illud minime obseruatū: sed potius inde uiolatū extiterit. Ab hac eñ culpa & labe om̄ino alieni sumus: & ut id plene liqueat, placet illoꝝ duorū articuloꝝ extrinsecus tractatorum substantiā referre: causaq; differere: qbus non ita passim per nos

approbandi uiderentur. Ex his em̄ duobus articulis separatis, alter sa-  
lem in statu Mediolaneñ. distribuendū, cū id a nostris oratoribus sua  
S. exposceretur, iuxta fœdus per nos cū Leone percussum, curarem⁹  
cū duce Francisco S. Forcia, sal eisdē modis & conditionibus a sede &  
Camera apost. recipi. Nostriq; oratores ad id respondissent: non esse  
amplius nobis ius utilis domini ducatus Mediolani, prout ante fue-  
rat cū Leone, data iā per nos eidē duci inuestitura, sicq; rē cū ipso du-  
ce necessario dicendū esse. Ipsi at oratores nostri, nō expresso qd id no-  
stro nomine agerēt, simpliciter v. S. medio eorū iuramen. promiserūt  
quod illustris vicerex curaret, ut illustris dux Mediolaneñ. cū. v. San-  
ctitate pro hmōi sale conueniret. Si igitur hæc promissio, q̄ non nisi fa-  
ctis tertij pollicetur de ipsoq; tertio, nil ultro promittit: quod tertiu il-  
lū curatur, ut dux ad concordia ueniret, nil certi decernendo nos ur-  
gere uideat: ut hāc promissionē præcise ratam habere debeamus. Ita,  
ut sine ea fœderis per nos approbati & ratificati obseruātia euanescat.  
Iudicet id qcūq; mentis compos, qñqdem nostra sententia, & ut peri-  
torū consilio freti, didicimus: nos nequaq; ad ipsius promissionis obser-  
uantia astricti causaremur. Respondimus tū in hoc modestius v. S. qd  
si hmōi Sanct. v. desideriu nobis prius innotuisset, qd de ipsa salis distri-  
butione in statu Mediolani ad opus serenissimi archiducis, fratris no-  
stri, cū ipso Illustri Francisco Forcia, transactū esset, nostram libenter  
operam nauare studuissimus, ut S. V. huiusce uoti cōpos fieret. Veꝛe  
& si fratri deesse nō possemus, nos tñ cū eo curaturos, ut mediante ali-  
qua honesta recōpensa pecuniaria, ipse frater noster, ius hmōi distribu-  
endi salis: V. S. ad illius uitā concederet. Id enim æquū & iustū uide-  
bat, ne ius illud, qd eidem patri nostro, pro recompensa præsidij p̄ eū  
præstiti ad defensionem status Mediolani, deficientibus uiribus ac co-  
pijs, uestræ Sanctitatis, alioꝝq; fœderatoꝝ, eidem infructuosum red-  
deretur. Alter uero ex his duobus articulis id continebat, qd ad tollē-  
dam difficultatem, q̄ inter Sanct. V. & nos incidere posset, super con-  
trouersia Mutinæ & Rhegij, offerebant nostri oratores ut uestra san-  
ctitas consequeret utile ipsarū ciuitatū dñium superioritatis & directi do-  
mini, iure nobis semp saluo, ita ut Sa. uest. ex tunc recognosceret, &  
acceptaret hmōi directū nostræ dominiū ac superioritatem: uestraque  
S. nobis aut agentibus nostris, centena millia ducatoꝝ aureoꝝ (post  
recuperatā possessionē eorū quæ illustris dux Ferrariæ a tēpore ob-  
iust

Leonis ecclesie subtraxerat) psoluere deberet. Huic propositioni & oblationi respondebat uest. Sanctitas pro se & sede apost. hmōi oblata acceptare, prout proponebantur, excerpta superioritate & directo dominio nostro: supradictis ciuitatibus uestra S. recognoscere renunciauit, ne iuribus & superioritati ab apost. sede prætenſis, præiudiciū fieret. Offerente tū uest. Sa. se contentam esse, ut ipsius superioritatis controuersia uideretur & decideret infra tres menses tunc proximos per V. S. & illius uiceregē, aut alios qui ab utraq; parte simul eligerentur. Et si hmōi superioritas nobis adiudicaret, apostolica sedes recognosceret prout ad agentibus nostris fuerat propositū. Si ꝑo apostolicæ sedi adiudicaretur, V. Sanctitas ex sua liberalitate & ex eo amore quo nos proseq; profitebatur, nobis condonaret recompensam de qua deberemus esse contēti. Hanc V. Sancti. rñsionē & oblationē ipsi nostri agētes, ita demum acceptauerūt, ut salua nobis essent omnia iura superioritatis & domini directi in ipsis ciuitatib; cōpetētia p̄tinentia, quibus ob talem acceptationē præiudiciū asserre non prætēdebant. Conſentiētes nihilominus, de huiusmodi iurib; cognosci, modis & formis per dictam V. Sancti. propositis. Si hæc igitur tam difformiter tam ireresolute extra fœderis capitula descripta in ea essent forma, quæ ul' ad nos ad rati habitiōnē (quam nostri nostro nomine nō promiserant) obligaret, ul' in nos actionē pararet, qua ad id urgeri possemus, nulla accedēte ualida stipulatione nec pacto firmiter uestito, ubi etiam tps decisioni præfixum illū impossibilē redderet: cōsulat in his V. S. p̄itos & compiet nos, nec ad hmōi rati habitiōnē particularē astrictum, nec ex huius defectu pcussi nobiscum fœderis, & p nos indifferēter ac plane approbati, obseruantiam fuisse deferēdam, nec contrario fœdere frustrandam seu irritandam. Ut tñ moderatius cum u. S. pro sua p̄sonæ qualitate ageremus, ostendimus ea quæ p nostras orationes in hac re tractata fuerant, nequaquā in nostra ptate consistere. Qui nec impij iuribus præiudicare nec ius tertij auferre deberemus, nec in nostra esset ptate illum ducē Ferrarie urgere ad restitutionē petitorum, nisi is armis offensibilibus coerceretur, qui se imperij uasallum profitebatur, & ea quæ restitui petebantur, de sacri imperij feudo tenere recognoscebat, durumq; uideretur pro ea re bellum in Italia instaurare. Supplicauimus ergo uestræ sanctitati, ut pro Italiae quiete, & ne inde nouimotus ibidem causarentur, dignaretur eadem sanctitas uestra cō-

sentire, ut res ipsa, aut per iustitiæ tramites, aut per compositionē ami-  
cabilē cum ipso duce Ferrariæ fiendam, terminaretur, Et cum hmōi  
oblata uestræ sanctitati non placuissent, supueniente postea Reueren-  
dissimo sanctitatis u. Legato, Cardinali de Salmatis, apud nos transe-  
gisse, ut ue. Sanctitatis mēte pcepta, non recedētes a recto iustitiæ tra-  
mīte, cupiētēsq; nihilominus quantum fas esset V. Sanctitati gratifi-  
cari, obtulimus eidem nos operam daturus cum effectu, quod sine p-  
iudicio iurium sacri Roma. Imperij, seu alterius cuiuslibet, posset San-  
ctitas uestra dum sibi expedire uideretur, sine cuiuspiam resistētia, si-  
neq; armorum apparatu sua sponte, per se aut suos ad id deputandos  
possessionē recuperare, Rhegij & Ruberiæ cū suis pertinētis tuēdā  
& possidendam, prout antea tenebat & possidebat. Quod tamen San-  
ctitati uestræ non placuit, licet credere non possemus eum, qui Chri-  
sti uices in terris gerit, ul' unius guttæ humani sanguinis iactura, quā  
cunq; secularē ditionē sibi uēdicare uelle, cum id ab euangelica doctri-  
na, p̄sus alienū uideret. Quid igit reb' sic stantibus nobis impingi pos-  
sit, quum fœdus plane a nobis acceptū seu approbatū fuerit. Quo co-  
lore nostræ ratificationis literæ receptæ non fuerint: Quo iare ipsius  
uestræ sanctitatis reciproca literæ nobis fuerint denegatæ: Qua fron-  
te fidei religio, quam u. Sanct. in v̄bo Romani pont. sup ipsius fœde-  
ris obseruantia p̄sonaliter præstitisse dinoscitur, spreta fuerit ac negle-  
cta: cogitet V. S. de se ipsa, iudicet an sic deceret ab eo fœdere discede-  
re, penitusq; repugnantia pacisci cum his potissime, qui eo tpe pro ho-  
stibus habebantur, contra quos potius ponēda erat defensio, ad eorū  
conatus repellēdos. ¶ Quod autē S. V. ad id subiungit, cum propter  
æmulationē q̄rundam ex ducibus & ingrata cæteris consilia, Pischa-  
rie Marchio nonnulla iactare tractareq; cepisset, in nostri status detri-  
mētum V. S. illa etiam consilia audiuisse ne fœdere a nobis reiecto pe-  
nitus aspnata eidē Sanct. deesset: ubi niti ac confidere posset. Nō pos-  
sumus profecto non mirari q̄ in V. S. suis literis profitetur, q̄ & si no-  
bis sæpius, a nostris ducibus alijsq; q̄ plurimis scripta relataq; fuissent  
nusquā tamē a nobis credita sunt, ne ad huc crederemus. ni V. Sa. id  
asseueraret, confessione & assertione in his potissime, q̄ propriū factū  
concernunt, nulla plenior liquidiorq; probatio esse potest. Qualia au-  
tē fuerint ea, quæ Marchio Pischariæ in nostri status detrimētum iac-  
tare & tractare dicebatur, & quæ Vest. Sanctitas audiuisse fatetur,

cum in uestræ sanctitatis literis non specificè declarentur, sed sub uer-  
borum inuolucro res tam nephanda tegi uideatur, cōprobanda res erit,  
per ipsius Marchionis literas, quæ penes nos seruantur, ac p̄ aliorum q̄-  
rundam, adhuc uiuētium testimonia, qui huiusce facinoris conscij p̄-  
ticipesq; fuere. Quibus satis aperte detegitur, ipsum Pischariæ Mar-  
chionem non ita proprii honoris ac conscientiæ immemorē fuisse q̄d  
quicq; in status nostri detrimentū moliri cuperet. Sed potius aliter fin-  
xisse q̄ in animo haberet, ut aliorum in nos ac statū nostrum molientium fa-  
ctiones, ac incendia parata, quorum iam fumum senserat, uerioribus in-  
dicij ac argumentis detegeret: Hincq; facilius nobis præmonitus ex-  
tingui possent. Sicq; finxit se de nobis malecōtentum, ut inde liberius  
in molientiū partes uocaretur, omnēq; rei seriē audire ac funditus in-  
telligere posset. Hicq; Marchio ipse ad eam tragediam uocatus simu-  
lata fide, in eam conspirationē, cū cæteris illius autoribus cōuenit, at-  
q; consensit: perlustratisq; omnibus ad t̄m facinus parādum dispositis  
atq; paratis, ac totius negocij serie plane perspecta & intellecta, cū in  
his V. S. principalis esset autoritas, audiuissetq; Marchio nūcium ad  
id per V. S. transmissum, eidē sui parte, ut ait, offerentē sub cuiusdam  
apostolici Breuis Credētia, regni nostri Neapolitani iuestiturā, & pos-  
sessionē, si is in eiusedē Sanctitatis & scederatorū cum copijs nostri ex-  
excitus, eidē Marchioni magis affectis transiret atq; transfugeret: ut  
inde communibus scederatorum copijs, inter quas & Galloꝝ copiarū, cū  
ingenti Heluetioꝝ manu, ad sui regis liberationē Italiæ cōcitatis, uno  
iactu atq; contextu nostrum exercitū prorsus deleret. Nosq; non solū a  
statu Mediolani, sed etiā a regno Neapolitano ac ab omni impio Ita-  
lico excluderent: ut inde S. V. nos etiam ab omni imperiali dignitate  
deponeret. Finxit Marchio se contētum his annuere, si id cum hono-  
re, sine incurso criminis læsæ maiestatis exequi liceret: & ut super ea  
re peritiores consuleret, petijt quindecim dieꝝ dilationē, quibus pen-  
dentibus, illi erat in animo nobis rei seriē ascribere, p̄ r̄out & fecit, nec  
ideo minus se a practicis abstinuit, qui etiā ad hanc fictionē magis co-  
lorandam habuit ex urbe consilium peritorum, quo eidē Marchioni p̄-  
suadebatur, eundē licite posse, ac sine honoris seu fidelitatis præstita  
lesione, seu præiudicio, sineq; criminis læsæ maiestatis, i partes uestræ  
S. tanq; supremi dñi illius regni transire, feudūq; ab eadē sanctitate sus-  
cipere, ubi potissime ipsius sanctitatis iussus accederet. Si hæc igitur



pater sancte vera sunt, prout narrat Marchio, qui usq; ad ultimum uf-  
tæ spm̄ in ea sententiã semp̄ perstitit. Si sunt illa tractata atq; iactata cõ-  
silia, quæ V. Sanct. etiã audiuisse fateatur, uideat ipsa V. Sanctitas, re-  
cto sui intellectus oculo, si hæc tanto passione digna censeretur inspic-  
at qualis fructus inde colligi possit, quale scãda.ũ, q̄tusq; tumultus ex  
his in ecclesia dei ac in uniuersa republ. Christiana nasceret. Miseran-  
da q̄ppe res esset, ac ab omni fideli catholico deploranda, in q̄ ita occu-  
patur mentis nostræ iudiciũ, ut quasi somniũ illu. soriũ putemus, cui fi-  
des tribui non deberet, cũ potissime (ut antea liquide ostẽdimus) ces-  
set fundamentũ illud satis manifeste erroneũ, imo penitus falsum, de fe-  
dere a nobis reiecto, quod nunq̄ reiectũ sed plane acceptatũ constat.  
Sed ait V. S. se a v̄bis ad facta nullũ aditũ tentasse. Vtinã sic se res ha-  
beret, nihilq; de facto tentatũ esset, quia facilius pro v̄bis uerba reddi  
possent. Facta aut̄ pro infectis haberi nequeunt. Ad quod V. Sancti.  
se de eo officio commẽdat nos admoneri mandasse, ut duces nostros  
in Italia quorũ in manu res nostræ erãt, curarem de nobis esse contẽ-  
tos, hinc probationẽ eliciens, eidẽ esse curæ, quietẽ & stabilitatẽ rerũ  
nostrarũ. Noluimus inficiari id officiũ a uestra S. præstitũ, eo tñ tẽpo-  
re, quo idem Marchio totius rei seriẽ nobis apte differuerat. Cur aut̄  
tunc uestra S. re iam detecta id nobis nunciandũ cẽsuerit, id eius iudi-  
cio & consciẽtiã commẽdamus. Voluimus tñ & hoc in benigniorẽ  
partẽ suscipere. At subiungit V. Sanctitas, qd̄ maximo cũ gemitu &  
dolore suo, atq; Italiã totius, cum duces nostri statũ nostrũ Mediolani  
occupassent, atq; arcẽ in qua FRANCK. Maria residebat circũuallare  
instituisent, postulante a nobis curã & securitatẽ, aduersus dignitatẽ  
tantam Italiã piculo, om̄ibusq; notis atq; ignotis flagitantibus paratis  
qui & auxilia conferrẽt. Cunctis prope Christianitatis regibus uestrã  
sanctitatẽ animantibus cũ non uideretur posse resistere monitis, q̄relis  
præcibusq; illoꝝ. Cũ uos officij uestri debitũ Italiã, calamitas & peri-  
culum cõmune cõmoueret, tñ adueniente per eos dies ab uestra San-  
ctitate commẽdatore, Herrera nũcio nostro tractãdi causa missõ rela-  
psa eadẽ S. in pristinã spẽ & cupiditatẽ bñuolentiã nostræ, sibi quo-  
uis modo conciliãdo dimissis consilijs, cõspirationibus, oblationibusq;  
cunctoꝝ, graui omniũ indignatione & quærela, nobis cõparare glori-  
am pacandæ Christianitatis, & moderationis nostræ omnibus decla-  
randæ. Sicq; ea conuentiõũ capitula, paucis (ut ait) in locis leuiter im-

mutata remisisse ad nos comprobanda, scripsisseq; manu sua literas, quibus per dei misericordiam obsecrando, ut depellere eam suspicionem, que de nostra nimia cupiditate omnibus adhaerebat, perpetuitatem & fructum amicitiae suae nobis pollicebatur, consiliumq; fidele dabat, & quae petenda erant omni cum humanitate & benevolentia a nobis petebat: securitatem uidelicet Italiae duce Mediolani, si quo pacto errasset clementem V. S. amore. Quae tot illius opera atque officia erga nos aliaque quam plurima, quae nobis quotidie postulanti concedebat, ex quibus nobis commodum atque honor accrescebat (ut ait) parvipendimus. His multiplicum querelarum, accusationum, & criminatum fastidium adiungit: quibus tot & tantis (ut inquit) iniurijs & causis inuita V. S. & gemens de nobis desperare & diffidere & coacta suamque amicitiam & benevolentiam, quam totiens (ut asserit) impudicimus, multis & magnis regibus adiungere quorum optimum in Christianam rempublicam & sedem apostolicam animam. Si uestra Sa. aspernata esset, non iam pastoris seu communis patris laudem: sed superbi & insolentis nomen acquisiuisset. Haec pater sancte, horrenda quidem ac penitus abominanda censerentur, nisi scuto ueritatis circumdari hominum calumnias, conuitia, impropria, crimina, facinoraeque nobis obiecta refellere ac singulatim suo ordine extirpare & eneruare studeremus: non quidem Christiano principe digna (si uera forent) sed potius apud inferos recondenda censerentur. Ut igitur hominum calumniae nobis falso obiectae, fasciculum disrumpamus & colligata spicula in nos coniecta separatim ac gradatim eneruemus, cogimur historiam non fabulam recensere, qua rerum gestarum ueritas in lucem prodeat. Et cum ab occupatione status Mediolani arcisque obsessione hominum calumniarum principalior sumatur occasio: hincque pendere uideantur leges & prophetae, horum omnium, quae in nos moluntur & tentantur. Consequens est, ut pro nostrae uullicationis debita ratione reddenda, & nequid occulti remaneat, neue serui nequam nobis nomen ac famam comparemus, sed potius serui fidelis & boni, qui in regnum domini intrare ualeamus, ab ipso stipite initium sumamus, & a capite rationem reddamus oportet, nihil quod ad rem faciat omitentes. Res igitur, ut aptissimis ostenditur documentis, sic se habet. Postquam Franciscus Sforcia huius nominis primus, & Modericus Francisci auus paternus: Ducatum ac statum Mediolani nactus est seu uerius occupauit: cum is non intraret per ostium sed per fenestram nec descenderet a linea uice comitum ducum Mediolani, sed

ex persona uxoris ad tale feudum incapacis, ius dicti ducatus præten-  
deret: Et tanquam strenuus, prudens, ac fortunatus belli dux, non ha-  
buerit in ipsius ducatus assentione contradictorem, nunq̄ tamen is,  
neq; filius eius primogenit⁹ Galeacius Maria SForcia, nec ex ipso pri-  
mogenito nepos Ioannes Galeacius SForcia ipsius ducatus Medio-  
lani inuestituram a sacro imperio obtinere potuerūt. Successit his Lo-  
douicus SForcie Moderni Francisci pater, q̄ affinitate cū diuo Maxi-  
miliano cæsare auo nostro cōtracta, primus ex SForcianis inuestiturā  
obtinnit pro se & filijs, ac descendētib⁹ suis ordine successiuo, gra-  
du primogeniturę seruato. Quo Ludouico primo inuestito adhuc ui-  
uente, insurrexit aduersus eū Ludouicus Aurelianē. dux, inde Fran-  
coꝝ rex huius nominis XII. p̄tendens, qđ si ex fœminea linea q̄spiam  
in eo ducatu recte succederet, ip̄e p̄ferendus foret, q̄ ex descendētia  
Valētina Philippi Marię uicecomitis, xi ducis, filiæ legitimæ ortū  
trahebat. Pacto etiā in cōtractu matrimoni adiecto, ut deficientibus  
masculis, ipsa Valētina succederet: qđ uacanti Imperio a sede aposto.  
approbatū dī, de cuius tñ approbationis uirib⁹ nūc disceptandū occa-  
sio nō offertur. Ipsa aut familia Sforciata ab illegitima posteriore geni-  
ta originē duceret. Ortū est hinc bellū inter ipsam Ludouicū Aureli-  
anē. Inde Francoꝝ regē, & dictū Ludouicū SForciā, q̄ Galloꝝ uiri-  
bus, & potentia non solū a ducatu & statu eiectus extitit, sed etiā ca-  
ptiuus in Galliā ductus est: ubi tandē dies suos clausit extremos. Hinc  
Ludouic. rex intelligēs se non esse tutū in ducatu Mediolani, nisi a sa-  
cro imperio inuestiturā obtineret, inito fœdere cū diuo Maximiliano  
cæsare auo nostro recolendæ memorię, actoque de matrimonio seu  
spōsalibus cōtrahēdis, inter nos & Claudiam ipsius regis Ludou. pri-  
mogenitam, reuocata ꝑ per diuū Maximilianū inuestitura, eidē Lu-  
douico SForcię & liberis antea cōcessa, inuestiturā dicti ducatus ob-  
tinnit, pro se & dicta Claudia eius filia, casu q̄ nobiscū nuberet. Ea le-  
ge adiecta de expresso ipsius Ludouici suoꝝq; oratoꝝ consensu. Qđ  
si sine culpa nostra dictū matrimoniū inter nos & Claudiā quismodo  
effectū non haberet, prout non habuit, reddere tur ipsa inuestitura, di-  
cto regi, & Claudię filię concessa, penitus inefficax nulliusq; momen-  
ti. Verū omne ius dicti ducatus & stat⁹ Mediolani, ex ipsa inuestitura  
concessum, in nos recta uia transiret. Cōcessa ex tūc illis cōsentientib⁹  
in eū casum noua inuestitura, in nostri personam præsentem, ad id &

nostro nomine stipulante & acceptante, reliquaq; ad id requisita solē-  
nia peragēte Serenissimo felicis memorie Philippo Castellæ rege pa-  
tre nostro, quā inuestiturā, in solēni forma cōceptam, & p ipsum diuū  
Maximilia. tunc expeditā, adhuc hodie penes nos habemus. Et licet  
eō fœdere per regē Ludouicū uiolato, dictaq; Claudia eius filia, ma-  
trimonio copulata, cū tunc duci Angoleneñ. Francif. Moderno Fran-  
corū rege, sicq; conditione purificata inuestitura nobis, ut pferatur, con-  
ditionaliter concessa, ualidū robur & effectū obtineret: ut ius dicti du-  
catus & status Mediolani in nos translātū censeretur. Ipse tñ diuus cæ-  
sar Maximilianus, tū quia publicā potius q̄ priuatā utilitatē curabat,  
tū quia putabat ius nobis ex inuestitura prædicta quæsitū saluum esse  
nullumq; præiudiciū nobis tunc posse afferri, q̄ in pupillari ætate cō-  
stituti sub illius tutela regebamur. Quo tutelæ officio fretus in illud li-  
quidū, quod nobis cōpetebat nec tacite nec expresse remittere pote-  
rat. Nouam eidē Gallogū regi Ludouico pro se & dictis Claudia filia  
& Francisco genero inuestiturā concessit, nonnullis etiā conditioni-  
bus nequaq; obseruatis, astrictā ac a nobis, qui ius potissimū prætende-  
re poteramus, nunc approbatā. Qua de re ipse diuus cæsar Maximil.  
uiolati fœderis, uindictam prosequēs, expulso ab ipso ducatu Medio-  
lani dicto Ludouico Francorū rege, sub colore prioris iuestituræ, Lu-  
douico SForciæ concessit, & ut præmittitur reuocata, nobis iterum  
in pupillari ætate, & sub illius tutela degentibus, Maximilianū SFor-  
ciam, eiusdē ducis Ludouici filiū primogenitū, ad ipsum ducātū & sta-  
tum Mediolani admisit & induxit. At is possessor effectus, immemor  
bñficii in eum collati, plura cū Gallis hostibus, i sacri imperij dedecus  
& detrimentū molitus est. Inde q; inuito ac percusso cū his fœdere, pro-  
didit eidē arces & statum, ac ad hostes transiit cessitque ducatu. Ex-  
cuius feloniam. Si qd ius in eodē ducatu habuisset, ad sacre imperiū de-  
uoluebatur. At cū Modernus Francorū rex, tñ ex prætēso iure iue-  
stituræ Ludouico Regi eius socero concessit, q̄ etiā ex iure cesso p di-  
ctum Maximilianū SForciam, ipsius ducatus possessionē, post Ludo-  
uici regis mortē naturalis esset, nulla p eū seu aliū eius nomine noua in-  
uestitura ab ipso Maximiliano celsare: nec a nobis petita, seu obtenta.  
Sic nos & sacrum imperiū contemnendo, pluraq; etiā contra decus et  
honorē nostræ, ac ipsius sacri Ro. impii moliedo, & in nos eiusdē feudi  
dñ. in ceruicē eleuando, armaq; mouedo, prout suis proprijs literis ac

notorijs gestis innotuit; etiam si ualidam antea inuestiturā habuisset,  
prout non habuit, om̄i illius commodo om̄iq; iure, ipso facto priuat<sup>o</sup>  
extitit. Idq; totum ad nos & sac<sup>o</sup> Romanū Imp. deuolutū fuit. Vt sic  
illustris Franciscus SForcia in eodē ducatu Mediolani, nullū ius pos  
set prætendere, nisi id ex nostra liberalitate & gratia consequatur. Nō  
em̄ ex inuestitura prima, ius aliquod habere potest, stante reuocatio  
ne, ut præmittitur: facta p̄ ipsummet concedentē, eo. s. tpe, quo non  
dum eidem Francisco duci ius in requisitū. dici poterat: sed duntaxat  
in spe qđ facilius tollitur. Vbi potissime plenitudo accedit potestatis,  
cū cætera ipsius concedentis ac reuocātis sentētia. Non etiam ex ces  
sione seu renunciatiōe dicti Maximiliani eius fratris primogeniti, qui  
nullam de eo statu habuit inuestiturā, sed simplicem detentionē nullo  
iure suffultam, cui pariter obstabat paternæ inuestituræ reuocatio.  
Sicq; illius cōcesso nullius fuit effectus. Nemo em̄ plus iuris in alium  
transferre potest: quā ipse habeat. Sed demus inuestiturā, eidē Ludo  
uico patri concessam, in suo robore permanere, ipsumq; ducē Fran cis  
cum iuxta illius ordinē ad successionē uocandū, non uocatur ex ea ni  
si post mortem primogeniti, qđ adhuc uiuit. Sicq; non euenit casus, qui  
ipsum Franciscū adm̄tat. Non em̄ primogenitus simpliciter refuta  
uit feudum añ feudi adeptiōne: ut fieret locus sequenti in gradu, sed  
opta. o feudo, ubi de fructibus pro libitu eius, uita comite, disponere  
poterat etiam inuito propingore successore cessit & renunciauit. Et  
cū id egerit, paciscendo cum hostibus in dñm feudi: totū illud ius, qđ  
eidē Maximiliano primogenito cōpetisset, ad sacrū imperiū deuolu  
tum extitit. Sicq; nos nullo iure cogebamur, etiā firma stante illa pri  
ma inuestitura hm̄oi ducatum Mediolanensem concedere ipsi illustri  
Francisco SForciæ. Saltē uita comite ipsius Maximiliani primogeni  
ti. Quinimo iure merito poteramus ducatū ipsum penes nos retinere  
eoq; interim uti frui. Obijcietur nobis scēdus percussus cū diuo Leo  
ne. Super quo tñ nulum ualidū fundamētum fauorē dicti Francisci  
SForciæ ædificari potest. Res est inter alios acta, nihil ibidē dū duce  
Francisco tractatū est, nec quispiā pro eo ibidē interuenit, nullusq; p  
eo stipulatus extitit, cui stipulandi ius esset. Et si inter contrahētes res  
ageretur, emergeret questio, an is qui ex eo scēdere se surdaret, p̄ par  
te sua impleuisset quod debebat. Sed fatemur om̄ia solēniter gesta &  
impleta, ipsumq; scēdus percussus, & stipulatū cū ipsomet duce Fran

elisco non datur illi ex eo scedere plus iuris q̄ antea haberet. Sic em̄ so-  
nant ipsius scederis v̄ba. Item: Quia illustris Franciscus SForcia dux  
Barri prætendit ducatū Medialani sibi deberi ex ui inuestituræ, p̄ feli-  
cis memoriæ Maximilia. cæsarē factæ, attenta renūciatione fratris sui  
primogeniti, p̄ quā se primū successionis locū asseruit obtinere. Actū  
extitit & conuentū. Quod si idem i. lustris Franc. Sforcia ducatū ip̄m  
recuperauerit, præfati contrahentes, eundem in suis iuribus conserua-  
re curabūt, ac ab omni uiolentiā tueri nitent. Ecce igit, qd̄ hic nullum  
aliud prætendat dux Francif. quam qd̄ supradictū est, abunde tamen  
eneruatum. Ecce quod hic est conuentio conditionalis, si ipse dux du-  
catū recuperauerit, q̄ conditio implenda erat in forma specifica æque  
non impleta, prout ipse implere non poterat, obligatio i. la euanescit.  
Et esto quod foret ipsa conditio firmiter impleta, & purificata. Ecce  
obligatio illa non disponit nisi de eo conseruādo in suis iuribus. Quæ  
ut antea ostensum est, nulla sunt nulliusq̄ momenti. Si igitur nos tot  
titulis, totq̄ iuribus fulti, qui ducatū ip̄sum, scederatorū nostrorū præ-  
sidijs freti, nostra tamen ut plurimū impensa, nō sine magna nostrorū  
factura, totq̄ præclaris ducibus ac militibus amissis, cū tanta Christia-  
ni sanguinis effusione, ex hostiū manibus recuperauimus, ab eorū que  
faucibus eripuimus, & totiens illis redeuntibus, repulsis ac uictis ser-  
uauimus, ac tutati sumus, nulla nos ad id urgente necessitate, sed pro  
reipub. gete, ex nostra mera liberalitate ac munificētia, iuribus nostris  
tā claris, tam apertis om̄ino postpositis ac postergatis, consensimus e-  
undem illustrem Franciscū SForciā, tanto munere dignū facere, eun-  
demq̄ ad dictū ducatū admittere, ac eidē ipsius ducatus inuestituram  
concedere. Quis nam uir sani capitis, nos de cupiditate, de ambitione  
de indebita occupatione recte arguere poterit? Quis nam ex his ge-  
stis potest elicere sinistra aliquā suspiciōē qd̄ non recto animo inten-  
ti uideamur ad ea om̄ia q̄ reipub, Christianæ quietē & tranquillitatē  
Italiæq̄ libertatē concernere uident? Ad hæc non v̄bo tm̄ obtulim⁹,  
sed & effectu præstitimus. Fecimus enim ip̄sum ducem Franciscum  
totius stat⁹ possessorem, fecimus in eius ptate reponi & consignari o-  
mnes arces, omnesq̄ ciuitates, autoritatē & administrationē om̄imo-  
dam eidem pm̄issimus, ut nō solū regere & pro libito administrare pos-  
set fructus percipiendo, sed etiam alienando uendendo ac pro eius uoto  
disponendo. Cuius etiam alienationis, dum ad id requisiti fuimus tan

quā a uero duce factas confirmauimus & approbauimus, fecim⁹ in  
foederibus per nos initis, tū cum Adriano, tum cum Venetis, tum et  
am cum cæteris, cum quibus tractauimus eūdem, tanquam Medio-  
lani ducem nominari & includi, de eiusq; tutela & conseruatione trās-  
egimus: Concessimusq; tandem inuestiturā dicti ducatus, & pertinen-  
tiarū in forma amplissima. Quam ad manus egitis Belliæ ipsius ducis  
Francisci oratoris realiter consignauimus, sub certis cōventionib⁹ &  
obligationibus, per ipsum ducem implendis pro parte impensarū, per  
nos in eius beneficiū factarū pro adoptione & conseruatione dicti sta-  
tus. In quibus tamen ita moderate habuimus, ut nec uix quartam ipsa-  
rū impensarū partem, per annorū terminos essem⁹ recuperaturi. Hæc  
profecto scripta patent, nullaq; tergiuersatione cæleri potest. cū iam  
in Notoreitate transuerint. Insuper, cū de ipsius illustris Francis-  
ci morte dubitaretur, physicq; quæ de illius salute desperarent, hincq;  
noua oriretur in nos suspicio Vestræ S. Venetorū, aliorū Italiæ poten-  
tatiū, si statū ipm Mediolanē. per mortem dicti ducis Francisci ad  
faciē imperiū recta uia rectoq; ordine iustitiæ deuoluendū, aut in no-  
stra potestate retinerem⁹, aut serenissimo fratri nostro charissimo Fer-  
dinando, Archiduci Austriæ concederemus. Cum & nostram &  
ipsius fratris nostri potentiam exosam & formidabilem habere uide-  
rentur, potius deo (qui nobis hæc sua clementia & benignitate contu-  
lit) ipsiq; fortunæ inuidentes, q̄ aliqua alia iusta causa perciti, Placuit  
Vestræ Sanctitati nos per dictū eius legatū moneri & hortari, quate-  
nus pro Italiæ quiete, ac ad submouendū cuiusuis suspicionis scrupu-  
pulum in casum mortis, dicti illustris Francisci SForciæ, ducatū ipm  
Mediolani nequaq; in nostra potestate retineremus: Nec pariter ipsi  
Sereniss. fratri nostro concederemus: sed ipsum ducatum tali personæ  
traderemus, de qua Italiæ potentatus nullū metum, nulliusq; suspitio-  
nis obiectū habere possent. Ad eūq; effectū V. S. per dictū legatū al-  
terū duorū nobis ad id proponi fecit, ut ducem Borboni, aut Georgi-  
um de Austria, cæsaris Maximil. naturalem filiū. Annuimus nihilo-  
minus licet ad id nullo iure astringeremur, qd ducat⁹ ipse in casum de-  
uolutionis minime penes nos retineret, nec etiā ipsi Serenissimo fra-  
tri nostro concederet, obtulimusq; in eum casum dictū ducatū confer-  
re in personam iure merito gratam & acceptam Vestræ Sanctitati, a  
qua nihil suspicari posset, quod ad turbandum Italiæ quietem tendere

uideretur. Licet etiam id a V. S. acceptatum non fuerit, nec etiam alijs potentatibus gratum extiterit nisi psonam, cui in eum casum ducatum conferre uellemus, prius nominarem ut discerni posset an grata & accepta foret. Non fuimus ab hac instantia alieni. Nominauimus in eum casum ipsum illustrem Sorbinum ducem, quem uestra S. primo proposuerat, in eum quidem inuestituram conferre parati, non pro comodo aut augmento nostro, sed pro tollenda suspicionis rubigine qua V. S. ac potentatum animi augebatur, pro submouenda ea umbra nostrae magnitudinis qua intrinsecus premebatur: proque ipsius Italiae quiete quam nobis semper cordi fuit, ut potius Christianae reipublicae causam, quam priuatam nostram tueremur. Quid igitur cupiditatis nobis ex his ascribi possit? Si ducatum Mediolani & statum tanti momenti tantique ualoris (ut praemittitur per nos recuperatum) quem licite retinere poterimus, tot titulis, totque iuribus fultis. Semel illustri Franci. S. Forciae concessimus: Item si per illius mortem ad nos deuolueretur, ad uestram S. nutum alteri concedere annueremus, non uidelicet, quem uestra S. prius nominauerat: Nos tamen iustis iuribus, tantumque amplo & importanti domino suffulti (pro quo, si Iulius Caesar reuiuiscens nostram personam indueret, aut hi qui nobis cupiditatem impingunt, forsitan etiam iusurandum uiolandum censerent) nos ipsi non coacti, nulloque iuramenti seu cuiusuis obligationis uinculo astricti, nostra sponte pro ipsa reipublicae ius nostrae tam liquidum abrogare, & a nobis auferre consensimus excluso etiam proprio fratre, qui iure merito post nos caeteris omnibus anteposendus uidebatur. Cum hunc loco filium haberemus in succedendi gradu proximiorum, cui nulla ratione nulloque iure diuino, naturali uel ciuili, extraneus quispiam antefereendus erat fateamur necesse est, non hic cupiditatem, non ambitionem, non auariciam, non dominandi seu aliena occupandi appetitum iesse. Sed potius amplissimam uberemque largitatem, munificentiam, ac, si dicere fas est, prodigaliter dominandi contemptum arguere. quod tamen reipublicae causa laeto hilarique animo, ultro, nec non sponte praestabamus. Sed nunc submouenda restat causa illa gemitus & doloris Sanctitatis V. S. ac totius Italiae, qua V. S. tamen affligit: occupationis. scilicet ipsius status Mediolani inde per nostros factae cum obessione arcis, in qua duxerat. In qua licet non omni culpa excludere & liberare possimus. Illam si qua foret in duces belli referendo, quibus dum nos monuissent, de praedictis & molitionibus: quae aduersus nos & statum nostrae parabantur. Marchio Pischariae, ut praefertur, rei conscius, nobis illius serie radicatus detexisset, affir-



mans ipsum ducem Francisc. huiusce facinoris reum, ut se statimq;  
illum a nostra obedientia subtraheret, ac fœderatorꝝ uiribus non habi  
ta rōne inuestituræ, nec fidelitatis per eū præstandæ, nec impensarꝝ, q̄  
nobis erant refarciendæ in eo statu de facto potius q̄ de iure teneretur  
atq; eo etiã decedente fœderatorꝝ præsidio, nobis exclusis subtraret.  
In eo statu eius frater Maximil. S. Forcia: quē iam ipso iure priuatū di  
ximus, consentiente etiã Galloꝝ rege, cui ius dicti Maximiliani, si qd  
habuisset, cessum erat: ut quoq; exercitus noster tumultuantibus po  
pulis, ad ipsius met ducis Francisci, suorꝝq; agentiu, & fœderatorꝝ in  
stantiã & solitudinē deleretur, & in ruinã & præcipitiū deduceret:  
& si fieri posset, oēs ipsius exercitus duces & milites trucidarent. Eo  
etiã signanter adiecto. Quod cū ipse illustris Marchio Pischariæ, habi  
to de ea re cū ipso duce Francisco colloquio, ut magis illius intrinsecū  
anim tentaret, an firmus in ea factionis practica remaneret, ei duci p  
suadendo dixisset: qd postq̄ iam a nobis inuestiturã obtinuerat, eratq;  
de eius statu securus, nō oporteret amplius eã practicã prosequi: Idem  
dux respōdisse fertur firmius & cōmodius esse, qd iam practicatū erat  
atq; conclusum, q̄ quod ex inuestitura assequi poterat, cōcurrente ibi  
dem publica salute Italiæ: q̄ etiã rei priuatæ añferenda censerentur. In  
stabāt propterea duces ipsi, ut ad has molitiones repellēdas, neue ma  
iora scandala inde sequerentur, his licentiã pberemus, ut de ipso Fran  
cisco duce & statu mediolani se nostro nomie asseuerarent, pro nostri  
exercitus tutela, utq; exercitū ipm comminuēdū & penē dissoluendū  
nil tale metuētes: iusseramus, nō solū sustineremus sed etiã augeremꝝ  
ni penitus ab Italia excludi uellemus. Nos autē q̄ hæc non facile cre  
debamus, sed potius cōficta simulataq; putabamus: eo q; q̄ bella tra  
ctare solent, potius belli q̄ pacis media cogitant, in hisq; libentius ani  
mos eorꝝ adoptāt. Arbitramur em̄, quod sub eo colore putassent nos  
cogere & urgere ad ipsum nostrꝝ exercitū integre seruandū sustinen  
dūq; dubitantes itaq; ne ueluti belli cupidi in id præcipites ruerēt ac  
arma præter nostrã uoluntatē mouerent: Cum etiã nil aliud q̄ pacem  
& quietē cuperemus, mādauimus eis dē ne qd noui tentarent in dicto  
statu mediolani, nisi in tribus casibus: Si dux Franc. moreret: Si Galli  
cū Heluetijs Italiã intrarent, uel si factionū practicarꝝ executio ex ad  
uerfo tentaret, ut hi prius arma contra nos exercitūq; nostrꝝ mouerēt,  
In quibet em̄ horꝝ triū casuū cōsensimus, qd pro tutela exercitus nostr

& reꝝ nostrarꝝ se asseuerarent in dicto statu Mediolani. Verꝝ cū Hieronymus Moronus, primarius ipsius ducis Francisci Consiliarius, ac eiusdem factionis fertur principalis minister, multiplicatis suis lris monuisset dictū Marchionē Pischarię, quę putabat factionis participem habere, ut rem suā disposeret, eidē afirmando reliquos factionis locios, iam dispositos paratosqꝫ esse, ut in octo uel decē dieꝝ spacio in nostros irruendū esset. Idem Marchio participato cum ceteris ducibus nostris consilio captosqꝫ Morono, illius habita confessione, totā seriem negotij complectente satis conformi in ea quę Marchio nobis suis literis insinuauerat, collecto exercitu nostro undiqꝫ sparso, aliquot ciuitatibus munitis Mediolanū progreditur, ducem Franciscū interpellat, ut pro securitate nostra nostriqꝫ exercitus arces & castra dicti status, in nostrosꝫ manus reponeret, idqꝫ custodibus illoꝝ exequendū cōmitteret. Annuit dux ipse ut castra nobis traderent, prout effectu tradita fuere: Duabus dūtaxat arcibus principalioribus, quas ipse muniuerat, Mediolani. s. in qua ipse recludebat, & Cremonę exceptis: has enim duas in se reseruandas censuit, donec de nostra uoluntate certus fieret offerens interim, illas nostro nomine tenere, ac obsides dare, ac per se & per præfectos arcium iuramentū præstare, quod ex ipsis arcibus nullum exercitui nostro damnū seu præiudiciū fieret. Non placuit hæc securitas ducibus nostris, uident picula in mora. Si arces illæ magis munitur liberæqꝫ permanerent, posse inde exercitus nostri ruinam succedere resqꝫ nostras in euidenti periculo remanere. Interpellant denuo, ac iteꝝ atqꝫ iteꝝ requirunt sub rebellionis pœna ac læsæ maiestatis criminis confessi atqꝫ conuicti, quatenus ipsa arce Mediolani in potestate nostra ac nostrosꝫ posita exiret, suiqꝫ copiā faceret, & ad uersus eas de quibus culpabatur defensiones ac iustificationes si quas habebat proponeret, duosqꝫ eius rei cōscios quos penes se habebat in arce reclusos dimitteret interrogādos, ad ampliōrē reꝝ gestarꝫ dilucidationē. At cum Dux ipse his non annueret, nisi a nobis mandatū haberet, nostri arcem circinuallant, Interimqꝫ de gestis nos admonent, necessarias causas per quas ad hæc coacti fuerant, enarrant approbationem gestorꝫ a nobis exostulant. Instant, ut eidē duci Francisco rescribamus, mandemusqꝫ ut arcē nobis aut nostris tradat. Nos referentes rē hæc præter mētem nostram tentatam, nunqꝫ uoluimus nec illorum gesta approbare nec duci (ut petebatur) mandare ut castris dimitt

teret. Semp enim in animo habuimus, eam accusationem quæ in ducem ferebatur debito iuris ordine tractandam & terminandam. Nūc profecto eius rei exitu præteritorum vitas elici potest, cum præparatae iam diu factionis effectus illuxerit, q̄ magis deinceps eisdē nostris ducibus credere debeamus, non possumus non laudare & ap̄ probare eorum prudētiā & fidē in conseruatione dicti status, ipsiusq; nostri exercitus illiusq; arcis assecuratione ne amplius muniri possit, neue inde maioris mali & incommodi occasio præstaretur. Nec id quidē ita perperam & iniuste gestum uidetur prout Sancti. V. sibi suadet dato em̄ fundamēto quod ipse dux Franciscus læsæ maiestatis reus accusaret. Et si unius duntaxat testis adesset depositio, ubi plurium tamen adest testimonium. Ex quibus etiam si essent socij criminis ac factionis participes poterit iure merito contra ipsum ducē procedi & ad capturam & ad torturam. Et cogit ut sui copiam faceret, ac in uinculis causam diceret, suasq; defensiones & iustificationes carceratus adduceret, nō autē in arce reclusus audiri debuit. Quinimo cōtra eum uocatū & nō comparentē ac se subtrahētē & resistētē potuit in eius cōtumaciam pronounciari, ut pro cōfesso & cōuictō haberetur. Sed & priusq̄ id fiat accusato nō comparētē, nec sui copiā faciētē, licite ad manus curiæ redimētur illius bona, q̄ etiam a die ingressi criminis ipso iure publicata confiscataq; cēsentur. Sicq; hinc non tanta causā gemitus & doloris V. Sanctitati parata uidetur. Si dñs V. asallum ingratum & læsæ maiestatis reū puniēdum cēseat, ni forsan quod in mentē cadere non potuisset, id gemēdum dolēdumq; putēt, quod eidē hanc foueā in quam incidit sub charitatis specie parauerunt, ipsumq; ad huiusmodi discrimē deduxerūt: Sed potius ingemiscere ac dolere deberet non solum V. Sanctitas, sed uniuersa respubli. quod sine iusta causā sineq; culpa nostra tam ingēs excitetur incēdium, quo & turbatur uniuersus ecclesiæ status & tota scandalizatur Christiana religio. Nec sane intelligere possumus quod cuncti prope Christianitatis reges (ut V. Sanctit. ait) efflagitarint agitauerint nec nō partiti fuerint in re tanti præiudicij arma & auxilia conferre. Scimus. n. & pro certo habemus nec Vngarum nec Polonum nec Portugaleñ. Nec Danñ. huiusce consilij participes seu conscios. Anglus autē & si eius fēderis conseruator & protector nominetur, nobis tamen aptis suis literis significauit se nequaquā in id fœdus consensisse, nec mādatum dedisse, nec talē protectionem

acceptasse nec acceptare uelle, licet ad id pte V. S. interpellatus ac instanter requisitus extiterit: se pacis quã semp efflagitauimus mediatorẽ offerendo. Gallus ꝑo & si cū S. V. ac alijs Italiae potentibus foedus percussisset, ut eo medio mitiores si posset q̃ iã ex nostro foedere obtinuerit a nobis pacis cõditiones exhauriat, liberosq; obfides recuperet. Retulit tñ apto ore quod Vestrae S. impulsu & suasu, etiã prius q̃ in regnũ suũ liber remitteret, de ipso nouo federe ineundo sollicitabatur. Et sunt qui affirmant, ut ex qbusdã literis pcepimus: qđ V. S. ipso etiã Galloꝝ rege nõ petente, eidẽ iuramentũ relaxauerit qđ nobis præstiterat pro foedere nobiscũ prius inito, quod tñ credere nolumus: qñ quidem res talis om̃ino a pastore Christi uicario aliena esse deberet, ne ipsius iurisdictioni sine causa spreta religio ad deteriora incentiuũ præberet. Merito tñ V. S. his ꝑbis utitur dimissis consilijs & cõspirationibus si ꝑbis addatur effectus. Si ꝑo om̃is cõspiratio dimittatur cum secundũ rectã intelligentiã crimen denotet. Quod autẽ ad ea conuentionũ capitula, q̃ attulit Herrera, uideamus qualiter S. V. prætendat illa paucis in locis leuiter immutata: si em̃ bñ cuncta rimẽtur oēs articuli q̃ cũ ipsius legato sic cõpositi remanserãt cũ V. S. concludendis licet ipsam conclusionẽ V. S. reseruandã assereret, eius præte postq̃ ad nos puenerat reserata atq; restricta, mutati penitus ad nos remissi fuere. Ita ut nullus fere remaneret intactus, q̃ non aliã substantiã aliũq; sonũ præ se ferret. Oēs tñ hm̃oi mutationes obmissimus in quatuor duntaxat articulis, hm̃oi conuentionũ uidelicet 12. 13. 14. & 15. moderationẽ petentẽ. In 12. n. ipsoꝝ articuloꝝ q̃ rẽ ducis Ferrariã cõplectebatur, licet ois substantia ultra quã tractatũ esset mutari uideret. Cõsensimus tñ nos effecturos cũ effectu, quod eadẽ sanctitas & intra præfixũ tempus dũ sibi expedire uideretur, sine cuiusq; resistẽtia, sine armoz; apparatu recuperare posset: possessionẽ Rhegiũ & Ruberiã tenendam & possidendã prout antea tenebat, ita qđ non intelligeret præiudicatum iuribus imperij aut cuiuslibet alterius prout eadã S. V. admittebat. Id solũ addidimus qđ ad alliciendũ ipsum ducẽ Ferrariã, remittendo eidẽ qualq; poenas & ius cõmiss. ac absoluẽdo eũ a cẽsuris forsitan incurris, quod profecto nõ nisi ad maiore quietẽ Italiae petebamus, non ignorantes ipm ducẽ nõ aliter sine armis cogi posse: ut Rhegiũ & Ruberiam dimitteret ul' S. V. restitueret, in qbus & iure feudi imperialis & rone prioris spoliũ se potius tuẽdum cẽlebat. Vñ ad prouidẽdos no

uos belli tumultus, & ne remaneret cuiusuis incēdij scintilla, sed uni-  
uersa Italia in eo foedere sine quibus scrupulo concurreret id ita agendū  
necessario censentes, prout nūc agit V. San. nos etiā sub spe defensiui  
foederis iā percussū, ad ipsius ducis Ferrariæ offensionē astringere uolu-  
issemus, in quare nouos belloꝝ tumultus timebamus q̄s tñ effugere  
nequimus q̄ dū ab offensione nos abstinere curamus, defensionī stat⁹,  
dignitatis & autoritatis nostræ intēdere cogimur, & inniti trahimur.  
Qua de re hmōi nostrā additionē nequaquā respuendā V. S. putabam⁹  
in hoc. n. nec V. S. autoritati derogatur. Nec a ꝑpastoris officio de-  
clinabatur: sed potius publice geti consulebatur. In 13. ipsius foederis  
seu capitulationis articulo illā salis distributionē in statu Mediolanē.  
continentē, ex quinꝫ correctionibus ꝑ V. S. factis eas oēs admīsum⁹,  
eo duntaxat excepto qđ ubi V. S. deleri fecerat illa ꝑba ad eius uitæ  
decursum, satagens illud ius sibi & successoribus ꝑpetuare. Nos q̄ dū-  
ta rat personæ S. Vestræ eius uita comite gratificari uolebamus, non  
aut statū ipsum Mediolani sacri impij feudū ꝑpetuo ecclīæ Ro. astringe-  
gere, & tali onere semp grauatū remanere sine spe libertatis. Nolen-  
etiā ipsum sereniss. archiducē fratrē nostrꝫ iure sibi in eare cōcesso ꝑpe-  
tuo exclusum remanere. Noluim⁹ illā cācellationē appbare, sed ꝑba  
illa ad eius uitæ decursus, prout in Capitulatione, quā attulit Herre-  
ra, firma manere censuimus. Ex ultima ꝑo ipsius articuli correctione  
admīsum⁹ eā partē additionis ibidē ꝑ S. V. factā ut esset illa conuen-  
tio absq̄ ꝑiudicio sedis apost. Ea aut ꝑba q̄ his subiūgebant, uidelicet  
de Sale ipso in ducatu Mediolani distribuēdo, cū uiderent̄ relatiua &  
subsequētia ad iura sedis apo, uideremurq̄ fateri ius eē apo. se. illius di-  
tributionis, uoluim⁹ admittēre ne fateremur qđ non erat. Sicq̄ in hu-  
ius articuli correctione: nulla San. V. fiebat iniuria. Sed potius nos &  
fratrē nostrꝫ ac sacꝫ Ro. imp. ab iniuriā eximebamus: & nō sub ꝑboꝝ  
in uolucro disceptationis causam relinq̄re uolebamus: sed clare & ap-  
te dubiū om̄ne tollebamus. In 14. articulo ipsius capitulationis vñ illæ la-  
chrymæ, illæ angustię ꝑdiere, addiderat S. V. in fine ipsius articuli di-  
sponen. de statu Mediolani, & duce Franci. S. Forcia hæc ꝑba forma-  
lia. Et q̄ ipsi Francisco Maria duci nōnulla imputant̄ contra cæsarē,  
aut a Maiestate sibi coecessam inuestiturā & feudū ꝑpetrata, cupiēs ea-  
dem Maiestas q̄tum in se est Italiæ fouere getem, q̄ seruari posse non  
creditur, cū eiisdē ducis a statu & ducatu remotione, ideo conuentū

est quod idem dux in statu ipso pmaneat. Et quatenus opus sit in eo p  
Cæsare de nouo confirmetur; nō obstantibus qbuscūq; p eū cōtra ma  
iestatē etiā supra dictū est attētatis, etiā si saperent crimē læsæ maie  
statis. Cæsar nanq; ducē ipsum pro innocēte habere uult, & ex mera  
liberalitate sua ac totius Italicæ intuitu, totum sibi remittit & indulget  
si etiā peius quam dicitur aut creditur errasset. Videat quæsumus,  
Sanctitas V. q̄ leuis existimanda foret hæc immutatio: q̄ iusta & ho  
nesta petitio, q̄ optimū esset exēplum ad res bñ gerēdas, ad uafallos &  
subditos debita fide & obedientia erga dominos continēdos: quam e  
gregiam præberet formam augēdi & conseruandi Sac. Roma. Imp.  
a deo institutū, a prophetis prædictum, ab Apostolis prædicatum, &  
ab ipso Christo nascente, uiuente & moriente approbatum. Nos ta  
men qui nil aliud q̄ pacem, q̄ quietem reipublicæ Christianæ cupie  
bamus. quantum fas Sanctitati Vestræ satisfacere, nullumq; rectum  
nostræ intētionis testimonium intactum, aut dubitationis scrupulum  
in V. Sanctitat. mēte relinquere putabamus: reformauimus dictum  
decimum quartum capitulum ipsius capitulationis in hæc uerba. Vt  
autem nihil dubietatis seu suspicionis in hoc fœdere relinqueretur sed  
omnis scrupulus de medio tollatur. Cum in priore fœdere potius  
sub nomine proprio quam appellatio includi uideretur illustris Fran  
ciscus SForcia dux Mediolani, q̄ a i quibus iam mēsis graui uexa  
tus ægritudine, & in summo uitæ discrimine cōstitutus fuit, etiā de  
Feloniam ac læsæ maiestatis crimine accusatus seu inculpatus, & si hūc  
aut naturali morte aut ciuili iustitia præuia ab ipso ducatu Mediolani  
excidere contingeret: hæsitari posset an fœdus ipsum ad alium in eo  
dē ducatu ex Cæsaris concessione uel dispositione succedētem protē  
deretur: ideo ad ampliōrē ipsius fœderis declarationē actū extit. Qd̄  
siue ipse illustris Francil. SForcia uitam obierit, & ab hoc sæculo mi  
grauerit, siue per uiam iustitiæ dicto ducatu fuerit priuatus in eū ca  
sum Cæsarea maiestas pro Italicæ quiete & contemplatione S. D. N.  
ipsius ducatus Mediolani inuestituram concedet illustri Carolo duci  
Borbonij & Aluerinæ. Ita quod S. D. N. & cæteri fœderatiq; in hoc  
fœdere uoluerint comprehendī, sunt & censeantur astricti ad defensio  
nem ipsius status Mediolani: etiā ad opus dicti illustris ducis Borbo  
nij dū de ipso ducatu Mediolani fuerit inuestitus. Quo casu quantū  
ad omnia in fœdere contēta, tanq̄ successus in locū dicti illustris Fran

cisci S. Forcia, fungatur omnibus honoribus & oneribus quibus ipse uiuens & in tali statu permanens fungi debuisset. Hæc est immutatio quæ in hoc articulo fecimus: quæ uelut iustitiæ & æquitati consona approbandam, & nequaquam respuendam censebamus, minimeque in mentem nostram cadere poterant. Summum pastorem uices dei gerentem in terris a deo pertinaciter insistere debuisset. Quod si dux Franciscus tanti criminis reus appareret, impune euaderet: cogeremurque inuiti illi indulgere, ac in statu illo conseruare: sic incertum maioris ingrati tudinis maiorisque delicti illi præstando. Arbitramur V. S. sat esse debere, si ductu illo ad nos & S. imp. deuoluto consentiebamus S. V. intuitu, ut nec illud retineremus, nec proprio fratri concederemus. Si personam quæ S. V. antea ad id gratam habuerat nobisque nominauerat, moriente duce Francisco prouidendum non minus gratum esse putarem, ipso duce Francisco per iustitiam priuato: ut quod in naturali morte consenserat, in illius etiam morte ciuili recusaturus non esset. In 15.º ipsius capitulationis artic. continete præteritas nouitates, tētas contra ecclesiasticam libertatem regno nostro Neapolitano. Cum v. Sa. fere totum articulum in vobis dispositiuus deleuisset & cancellasset, his duntaxat vobis. Primo, dispositione dicti articuli additis & commutatis. Quod circa huiusmodi obseruentur, quæ in uestitura regni Neapolitani ipsi Cæsari concessa continentur. Nos hanc etiam correctionem & mutationem pro v. S. nutu admittimus, additis duntaxat in fine articuli vobis sequentibus, uidelicet his modis & formis quibus per Ferdinandum regem catholicum eius antecessorem obseruata fuere, & iuxta ipsius regni priuilegia & iura. Quid enim in hoc immutatū quod respuendum uideretur? Si antecessoris rectos tramites in sequēdos putamus, Si iura & priuilegia regni nostri seruare studeamus, qualiter aut ex his mutationibus tam iustis rationibus suffultis. Sumat v. Sa. illud perspicuum (ut ait) iudiciū a nobis illud & pro nihilo haberi. Qualiter inferat in his facultatem primo concessam Ferreræ uberiorē fuisse, Et quod facta concordia cum Christianismo restrictiora & ieiuniora transmiserimus. Qualiter & quo colore ex his præcedat iudicari eandem sanctitatem prostremam esse, & a nobis contineri, ubi nobis cum alijs amicitia conuenisset: quicumque recti sensus & a passione alienus, facile hæc iudicare poterit. Nos. n. semp recti integrique propositi remansimus, prius cum v. S. quæ cum quis alio conueniendi. Nos & ante & post cum rege Gallo initum semper in eodem proposito perma

nentes V. Sanctitatē eiusq; ministros pro hmōi in eūdo sollicitauimus  
pulsauimusq; nec q̄q̄ unq̄ habuimus in ore qd̄ nō haberemus in cor  
de. Nos Herrerā ad S. V. pro eo fcedere in eūdo misimus lōge anteq̄  
cū ipso rege Gallo concluderemus, citiusq; illū aut aliū misissemus ni  
V. S. legatū uenientē (ut aiebant) cū amplissimo mandato nobiscū cō  
cludēdi prastulandū cēsuissemus, ni etiā post illius aduentū uisō man  
dato qd̄ a V. S. habebat, & consiliū qd̄ illo uti posset, diutius cū eo de i  
psius fcederis capitulis tractātes, tēpus inaniter consumptū cognouis  
semus. Vbi capitulatione iā formata & cū eo propter cōcordata dum  
de cōclusionē ageretur nobis insinuauerit, qd̄ ex q̄ post eius a V. S. re  
cessum mutata eēnt negocia intēderet cōclusionē differre, donec V.  
S. cōsuluisset. Ob qd̄ sc̄tius putauim⁹ capitulationē ipsā, put formata  
fuerat ad V. S. p̄ Herreā trāsmittere, putātes ibidē rē celerius posse cō  
cludi, licet spe nostra frustrati fuerimus, S. V. ad alios fines tēdēte, pro  
ut exitus demonstrauit. Nūc ad literas manu V. S. conscriptas de qua  
